20

furorem paenitentia declinarent. omnia autem haec mala euenient propter
malitiam cogitationum siue adinuentionum nostrarum. ubi sunt qui inco
gitationibus dicunt non esse peccatum cum omnia uitia iuxta euangelicam
ueritatem de corde procedant. Adnuntiate in iuda & in hierusalem auditum XVIIII
facite loquimini canite tuba in terra clamate fortiter & dicite congregami
ni & ingrediamur ciuitates munitas. hoc audit iudas hoc hierusalem
in qua confessio fidei est & in qua christi pax habitat & cui per isaiam dictum est
in montem excelsum ascende qui euangelizas sion. eleua uocem tuam
qui euangelizas hierusalem. Clamet fortiter & ita praecipiat ingredi
amur ciuitates munitas. Hereticorum bella consurgunt christi muni
menta nos teneant. leuate crucis signum in specula & sublimitate ecclesiae. con
fortamini qui timetis. nolite stare. sed ad christi auxilium currite. malum enim
inquit ego adduco ab aquilone & contritionem magnam. uerum nabucho
donosor qui idcirco in mundo isto a me esse permittitur. ut illius fortitudo &
uictoria conprobetur. Ascendit leo de cubili suo & praedo gentium se leuauit.
Egressus est de loco suo. ut ponat terram tuam in solitudinem. ciuitates tuae uasta
buntur remanentes absque habitatore. Iste est ut diximus uerus nabuchodono
sor de quo & petrus loquitur. aduersarius noster diabolus quasi leo rugiens circuit.
ascendit autem uel de abyssis in quos religandus est & ne mittatur exorat. & prae
do siue uastator gentium se leuauit. De quo dictum est. omnium inimicorum suorum
dominabitur. & qui gloriatur in conspectu domini. circumiui omnem terram
& conculcaui eam. quis est enim quem diabolus uenenatis non tangant ni si
ille solus qui potest dicere. ecce uenit princeps mundi istius & inuenit in me
nihil. iste crebro ponit omnem terram ecclesiae in solitudinem ut egressus si

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0047